




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-852042-p0001-7

DFG







- Lipsiae  
1593.  
Bodinus, Elias Gabrieles : De adquisiendo rerum dominio  
1596.  
Schulzius, Jacobus : Principiae quaestiones de statatis  
coram yue auctoritate, nec non de libellis articulatio  
1597  
Reinhardus, Elias : De locacione et conductione  
1598.  
Romaneus, Franciscus : De transactione caessarum  
testamentariorum, et alimento <sup>legitima</sup>  
1599.  
Becker, Cornelius : De jumentis  
1600  
Jungemannus, Casparus : Theses L on textibus iuris  
et iuris iurisperpetuorum notariorum : juxta libri Tertii Imperial  
I. materiae collectae  
1610.  
Worckius, Michaelis : Disputationes ad l. quae de  
gato 46ff. de legat. I.

1612.

Pustessius, Christophorus : De reprobatione fidei maje  
statis.

1615.

1. Blauelius, Jacobus : De tribulatis.

2. Blauelius, Jacobus : De donatione simplici. Disp. V

1616.

Hakelmann, Terpoldus : De substitutionibus.

1617.

1. Blauelius, Jacobus : De jure dationis.

2. Hakelmann - Terpoldus : De substitutionibus. disp. II  
fides communis et sp. Trubillium comprehendens

3. Huelcelius, Iohannes : De iuris dictione

4. Wernerus, Petrus : De annotato

1618

1. Blauelius, Jacobus : De probationibus Disp I

1618

1. Curtius, Iohannes : De usurpatione
2. Finckelthaus, Sigismundus : De iudicio feudalium.
3. Finckelthaus, Sigismundus : Disputationes controversiales  
et doctrinae ex parte veritatis I:II. II:Suppl.
4. Hakelemannus, Leopoldus : De concursu actionum
5. Hartung, Valentinus : De pleonasticis.
6. Lochmauer, Philippus : De stipulationibus, iis que  
dividuntur et individuuntur.
7. Prestissimus, Christophorus : De jure mercatorum
8. Ungeparus, Erasmus : De fama.
9. Schneccius, Wilhelmus : Disputationes controversialimiae  
in materia servitutum tem urbanorum quam rusticorum  
propositorum

1619.

1. Curtius, Iohannes : De transactiōnibus.
2. Finckelthaus, Sigismundus : Disputationes iuri diversae  
et controversialē.



1619.

4. Krebs, Lebstrans : *De advocateum requisitione et  
qualitatibus.*

5. Schmuccius, Justitium : *De jure minorum.*

VB.

1593

R

1

*De Adquirendo rerum  
dominio:*

## DISPUTATIO III.

Quam

Adspirante gratia cœlesti:  
Sub præsidio clarissimi viri, Domini

*ELIAE GULIELMI*

BODINI I.V.D.

Habebat  
IOACHIMVS PETRI F. Hößmann  
Lipsiæ Hermundurorum:  
xviii. die ixbris.

*ANNO SALVTIS*

M. D. XCIII. V: CL:

Müsa R. Ocello

Domino

Samueli Rein  
harto.

Domino & Patrono  
Suo Col.

Exhibit  
Joachim Petri F.  
Hößmann

3.

MAGNIFICO, GENE-  
ROSO, ET NOBILI VIRO:  
**DN. JOACHIMO à BERGEN**  
*IN HERREN DORFF ET CLAD.  
DENN: &c.*  
**SS. Cæs. Maiestatis Consiliario, &c.**

NEC NON

FAMILIÆ, VIRTUTIS, ET ERVDI-  
tionis splendore conspicuo:  
**DN. NICOLAO RHEDIGE-**  
*RO IN STRISA, SCHEBITZ, ET  
ZEDLITZ, &c.*

*Viris vera animi nobilitate & affectione in  
litterarum cultores celeberrimis:*

Benivolentiæ ipsorum augendæ,  
Gratitudinis suæ declarandæ,  
Et obseruantiae testificandæ,  
Gratiâ

Exiles hasce ingeniolî sui primitias submissè  
obfert ac nuncupat:

**IOACHIMVS PETRI F. Hößmann.**

## Thesis I.

**D**Ominum (quod ad vocabuli Etymologiam à domo deductum a) nihil aliud est, nisi Ius de re aliqua corporali plenè ac liberè b disponendi, aut vindicandi, extra quam si quid lege vel conuentione prohibetur, c.

a] Arg. l. pronunciatio 195. § familiæ 2. ff. de U.S. arg. § sui au-

tem. 2. Inst. de hæc qual. & diff.

b] Duar lib. 1. anniuers. disput. cap. 17.

c] VVes. in parat. ff de adquir. rer. dom. n. 3. Myns. in rubr. Inst. de

rer. diuis. n. 4. Schneidw. § singulorum Inst. eod. n. 2.

### II.

Huius partes duæ sunt: Proprietas, & Possessio: Illa in Iure, hæc in facto potissimum consistens. Quæ concreta dominium constituunt, separata nihil inter se habent commune.

l. ait prætor, i § 2. ff. Ut possidet naturaliter 12 § i.l. permisceri  
§ 2 ff de adquir. vel amitt. poss. VVes. in parat. ff. b.t. n. 4.

### III.

Species licet secundum communem Dd. opinio-

nem duæ referantur: Aliud directum; Aliud utile, a Eisdem tamen recentiorum quorumdam rationibus & auctoritate freti meritò reiçimus, Et dominium in plenum ac absolutum, & minus plenum vel nudum: Hocqp vicissim in directum & utile: Sive etiam Na-

turale & Ciuale rectius diuidi statuimus b

a] Arg. l. possessores 12 in fin. C. de fund. patrim. lib. xi. Kling. in  
rubr. Inst. de rer. diuis. n. 5. Myns. in rubr. Inst. eod. n. 16. Schneid.  
§ singulorum. Inst. eod. n. 4. Ferrar. in form. act. real. verb. Iure  
domini vel quasi n. 6. & 10 Corras. lib. miscell. 6. cap. 22. n. 2.

b] Althus. Iurisprud. Rom. lib. 1. cap. 5. Duar. lib. 1. Disput. anni-  
uers. cap. 17. VVes. ff. de acquir. rer. dom. n. 4.

A 2

Sunt

### III.

Sunt tamen & aliæ dominiorum species, quale est id, quod habet filius in bonis patris adhuc viuentis, & Vxor in bonis mariti b &c. Quorum omnium enumerationi hinc supersedendum censemus.

a] l. in suis 11 ff. de lib. & posth. § sui autem 2. Inst. de her. qual. & differ.

b] l. in rebus 30. C. de Iur. dot. l. si constante 19. C. de donat. ant. nupt. l. si Ego. 9. § ceterum 3. l. quamvis 75 ff. de iur. dot.

### V.

Caussæ efficienes & formales dominij adquirendi sunt Ius gentium & ciuale. Quarundam enim rerum dominia nanciscimur Iure gentium, quarundam Iure ciuali.

§ singulorum Inst. de rer. diuis. Et ibid. Myns. n. 2. l. 1. ff. de adquir. rer. dom. VVes. in parat. ff. Eod. n. 5. Myns. ad rubr. Inst. de rer. diuis. n. 14.

### VI.

Iure gentium dominia rerum adquirimus neuem præcipue modis: Occupatione, Inuentione, Adiectione, Captiuitate, Specificatione, Mixtura, Iure solidi, Iure possessionis, & Traditione.

VVes. in parat. ff. b. t. n. 8. & seq.

### VII.

I. Occupatione non solum earum rerum, quæ natura nullius in bonis sunt, a & in bonis alicuius tamen esse possunt, b sed & earum, quæ pro derelictis habentur, c etiam immobilium d dominium nanciscimur.

a] Genes. cap. 1. & 9. § feræ 12. Inst. b. t. l. 1. § 1. & l. 3 ff. b. t.

b] Ferrar. in form. act. real. Verb. Iure dominij. n. 13.

c] § qua ratione pen. Inst. b. t. VVes. ibid. n. 2. l. 1. l. 2 & l. 5. § 1 ff.

pro derel. l. fin. ff. de Euict. l. falsus 43. § quod si. 5. & § si iactu.

11. ff. de furt l. 36. ff. de stipul. seru. l. quemadmodum 38. § Julianus

1. ff. de noxal. act.

d] gl.

*d] gl. § quare in verb. definit. Inst. h.t. gl. d. l. i. super verb.  
definit ff. pro derel.*

### VIII.

Illa autem sub se complectitur tria genera: Venationem, Piscationem, & Aucupium.

*§ feræ igitur, cum § seqq. & § flumina. 2. Inst. h.t. l. i. § i ff. h.t.  
l. qui foueas. 28. ff. ad L. Aquil. Gail. lib. de pignorat. obser. 24.  
n. 5.*

### IX.

Ac venari & aucupari Iure tam diuino, a quam humano cuius licet, in fundo tam suo, quam alieno, nisi tamen dominus eiusdem praeuiderit & prohibuerit. b  
Piscari vero non, nisi in suo & publico flumine permisum est. c

*a] Genes. cap 9. Psalm. 8. 1. Timoth. 4.*

*b] § feræ. Inst. h.t. l. 3. § 1. & l. 5. § 3. ff. h.t. l. diuus. 16. ff. de seruit. præd. rust. l. qui foueas. 28. ff. ad L. Aquil. l. iniuriarum. 13. § fin. in fin. ff. de Injur.*

*c] d. § flumina. 2. Inst. h.t. d.l. iniuriarum. 13. § fin. in fin. ff. de iniur. l. Venditor. 13. ff. comm. prædior. & c. l. i. § 1. in fin. h.t.*

### X.

Domini autem animantium eiusmodi tam diu sumus, quandiu illa nostra custodia coercentur, & nostra esse desinunt, cum se in libertatem naturalem recuperunt. Ita ut sit difficilis eorum persecutio.

*d. § feræ igitur, versic. quidquid. Inst. h.t. l. 3. § 2. l. 5. in pr. ff. h.t.  
l. 44. ff. Eod. l. i. § 10. in fin. ff. si quadr. paup. fec. dic.*

### XI.

Animantium vero tria genera ponimus: i. Alia quæ natura mansueta sunt, ut: gallinæ, anseres, &c. Quæ, quocunq; locorum peruenient, licet etiam animalm redundi deseruerint, nihilo minus tamen in do-

A 3

minio

minio nostro permanent. a 2. Alia, quæ natura quidem fera, sed industria hominum circunata sunt, adeoq; nonnunquam abire ac redire solent. Ut: cerui, columbae, &c. Quæ eatenus occupare licet, quatenus libertatem naturalem receperint, & consuetudinem vel animum reuertendi deposuerint. b 3. Alia deniq; prorsus fera, ut: Lupi, apri, &c. quæ occupantibus & incluentibus conceduntur. c

Afl. h. e.

a] § gallinarum Inst. h.t. l naturalem s. § gallinarum. 6. ff. h.t.

b] § pauonum Inst. h. t. l. 4. & l. 5. § s. fl. Pomponius 8. § 1. ff. famil. exercit. Cepol. deseruit. Urban. praedior. cap. de columbar. 77.

c] d. § f. r.e. & d.l. naturalem § apium, & l. in laqueum 55. ff. h. t. l. 23. ff. ad L. Aquil. l. vn. in pr. C. de Venat. fer. lib. xi.

## XII.

11. Inuentio est vel rerum natura communium, ut: in littore maris natum, a quæ tamen antea in nullius bonis fuerunt, (secus, si sint casu, b aut in itinere c amissæ, aut lucri, metus, seu custodiæ cauissa in fundo etiam alieno absconditæ, d aut tempestatis cauissa è naui ciectæ, e aut naufragio amissæ. f) Vel: 2. Thesauri, ab ignotis Dominis tempore vetustiori conditi, g & in loco vel re sua, siue fortuitò, siue studiis, absq; articibus tamen Magicis h reperti i

a] § Item lapilli. Inst. h.t. l. Item lapilli. 3 ff. de rer. divisi. l 1. § 1. ff. de adquir. poss.

b] l. falsus 43. § qui alienum 4 ff. de furt. l. à tute. 67. ff. ad Exhib.

c] § fin. Inst. h.t. l. 3. ff. de incend. ruin. &c.

d] l. nunquam 31. § 1. in fin. ff h.t. l. thesaurus. 15. ff ad exhib l. peregr. 44. ff. de adquir. possess.

e] § fin. Inst. h.t. l. qua ratione. 9. § fin. ff. h.t. l. 2. § fin in fin. & l. 8. ff. ad L. Rhod. de iact l. interdum. 21. § 2. ff. de adquir. poss. l. si quis. 7. ff. pro derel. l. falsus. 43. § pen ff. de furt.

f] l.

f] l Pomponius 44 versic. Idem ait. ff b.t l.interdum. 21. § 3 ff.

de adquir poss. l 3 in pr. ff de incend ruin naufrag. &c.

g] l vn. C de thesaur lib. x. d.l. nupt quam 31. § 1. in pr. ff b.t.

b] d.l. vn. C. de thesaur Lib. x.

i] § thesauros. Inst. b.t. d.l. nupt quam 31. § 1 ff. b.t. d.l. vn. C de thes. Lib. x.

### XIII,

Inuentus enim thesaurus adhibitis artibus Magis-  
cis in loco siue suo siue alieno, fisco applicatur, a & in-  
uentor capit is poena punitur. b

a] d.l. vn in pr iun & gl. in verb arte. C de thesaur. Lib. x.

b] l. nemo. s. C. de malef. & mathem l 3 ff ad L. Cornel de sicar.

### XIV.

Inuentus autem fortuitò, in loco seu re aliena, pu-  
blica, fiscali, ciuitatis, sacra vel religiosa, inter inuen-  
torem & dominum loci & quali parte diuiditur. Data  
ad hoc opera in prædictis locis repertus, domino loci  
(ipso vel sciente, vel ignorantie) debetur.

d] § thesauros Inst b.t. l. 63. § fin. in fin. ff. b.t. l. vn. in fin. C. de  
thes Lib. x. l 3. § pen. Et ibi gl. verb. vindicaretur ff. de Iur. fisci.  
Imp. Leo Nouell. 51. circa fin. Imp. Frid. tit. quæ sint regal. in fin.  
in V. F.

### XV.

Adiectio est vel concreta, vel discreta. Concreta,  
quæ fit per alluisionem. Ut: si fluminis impetu ali-  
quid paulatim, ita ut intelligi nequeat, quantum quo-  
que temporis momento accesserit, fundo vel agro  
meo adiiciatur, a & cum eo coalescat, siue vnitatem  
faciat, b.

a] l adeò 7. § 1. l. lacus. 12. ff. b.t. l. vicinus. 24. § fin. ff de aq.  
pluia l Rutilia. 69. ff. de contr. empt. § præterea. Inst. b.t. l. 1. in fin.  
C. de alluision.

b] l. hoc amplius. 9. § Alfenus. 2. ff. de damn. inf. § quod si. In-  
stit. b.

### III.

*fit. h. t. l. 7. § fin ff. h. t. arg. l. fundi 17. ff. de act. empt. & vend.*

### XVI.

*Et, si flumen naturalem alueum dereliquerit: Qui fit eorum, qui propè flumen prædia possident: Nouis autem alueus Iuris publici esse incipit.*

*§ quod si. 23. Inst. h. t. d. l. adeò. 7. § quod si. 5. l. 30. § 1. & l. 38. ff. h. t.*

### XVII.

*Inundatio verò, quæ totum fundum occupat, ut nec fundi speciem, ita nec dominium mutat a, in tantum, ut liceat etiam res impetu fluminis ablatas ex alieno fundo vindicare b.*

*a] § alia sane. 24. Inst. h. t. d. l. adeò. 7. § alind. 6. ff. h. t. l. 30. § 3. ff. do ad quir. poss.*

*b] l. hoc amplius. 9. § de his. 1. de dampn. inf. l. si quis. 4. § fin. ff. si cert. pet.*

### XVIII.

*Discreta adiectio dicitur, cùm ex partu seu factura animalium, a vel ancillarum b nostrarum aliquid nobis procreatur.*

*a] § Item ea. 19. & § in pecudum 38. Inst. h. t. l. 2. & l. 6. ff. h. t. l. Idem Pomponius. 5. § Idem 2. ff. de rei vind. l. 48 § fin ff. h. t. l. equis. 8. & l. in pecudum 28 ff. de usur. l. vetus. 68. § 1 ff. de usufr.*

*b] l. in his. 66. § mancipio 3. ff. sol matrim. l. fin. ff. h. t. l. partum. 7. & l. inciunile 12. C. de rei vind l. quæsumum. 91. § fin ff. de leg. 1.*

### XIX.

*Vel Insula: Quæ si sit nata in mari, fit occupantis, a quò ad dominium scilicet & proprietatem, non quò ad Iurisdictionem, b In flumine verò nata, fit eorum, qui propè flumen prædia possident, c quò ad dominium: Secus quò ad Iurisdictionem, quæ ad dominium*

num territorij spectat, & possessionem, quæ in adpre-  
hendentem transit.

a] *Insula* 22 *Inst h t. d l. adeò.7. § insula 3 l 1 § 1 ff de adquir.  
poss. b] *l insulæ*, Et ibi gl. ff. de iudic. arg l 30 ff. ad municip Cepoll.  
de seruit rust. prædior. cap. de mari 26 n. 14. Kling. d *§ insula* 22. *Inst h t. VVes.* d. *§ insula* n. 1. c] d. *§ insula* d.l. adeò.7.  
*§ 3 l.inter eos 29. l.pen. § 2. ff. h t. l 1. § 6 in fin. ff. de flumin.**

### XX.

Porrò, omne legitimo bello contra hostes a suscep-  
pto captum, capientium fit, b siue sit res mobilis, siue  
liber homo c, de iure veteri. Hodie etiam Turcæ &  
Saraceni d.

III.

a] *l hostes 24. ff. de capt & postlim. reuers. l. hostes 118 & l. quos  
nos 234. ff. de V.S. b] § Item ea 17 *Inst h t l. naturalem. 5 § fin.  
& l. adeò.7. in pr. & l. trans fugam 51. § 1 ff. h.t l. si quid 28. ff.  
de capt. l 1 § 1 ff de adquir. poss. c] d. § Item ea 17. *Inst. h. t.  
§ 3. Inst. de iur person. l. hostes. 24. in fin. & l. 28 in fin. ff. de  
capt. l. pupillus 239. ff de V S l. 4 iu fin. ff de stat. hom.  
d] Alciat d l hostes. 118 ff. de V.S. Myns. d. § Item ea. *Inst. h. t. n. 4.****

### XXI.

Immobiles autem res vel fisco adplicantur, vel  
Impp. arbitrio permittuntur, Qui eas nonnu[m]quam  
benè meritis militibus aut veteranis in præmia adsig-  
nârunt. Vnde Feudorum origo manasse videtur.

text. est in l si captiuus. 20. § 1 ff de capt. l item 15. § 2 ff. de rei  
vind. l. Lucius. 21 ff. de ruict. l. si quis pen. § simili. 1 C. de dona.  
l. in agris 16. ff h.t. l. is qui prædam 13 ff. ad L. Iui peculat.

### XXII.

Et hodiè, seruitute inter Christianos sublata, in lo-  
cum eiusdem captiuitas successit, qua obstringuntur  
captiui ad præstandam victori pecuniam seu λύτρον,  
quo recedendi veniam impetrent, a sub poena nomi-  
nis & famæ, quæ etiam vitæ æquiparatur. b

B

a] Myns.

- a] d. Myns. § Item ea. Inst.b.t. Alc. d. l. hostes 118. ff. de V.S.  
 Damhaud in prax. crimin. cap. de bell. n 7. s.  
 b] arg. l. iniusta. q. ff. de manum. Vind. l. s. § 2. in fin. ff. Quod mer.  
 caus.

### XXIII.

**V.** Artificio & industria specificationis, species ex aliena materia facta, ad priorem illam rudem materiam reduci si potest, ad priorem etiam dominum reddit: a si in minus, fit specificantis, quando videlicet ille fuit in bona fide, b & suo nomine fecit. c Secus, si fuit in mala fide. d

- a] § Cùm ex aliena 25. Inst. b.t. d.l. adeò. 7. § cùm quis. 7 l in omnibus, 24. l. lacus 12. § i. ff b.t. l. quæ situm. 78. § 4. in fin ff. de leg 3.  
 b] d. § cùm ex aliena 25. Et ibi gl. verb. ab aliquo.  
 c] d.l. adeò 7. § cum quis 7. in pr. l quidquid 27. § 1. Et l. 25. ff b.t.  
 d] l. de eo 12. § si quis. 3. ff ad exhib. arg. l. 49. § 1 ff. de rei vind.

### XXIV.

Huc refertur etiam (licet minus propriè) scriptura, quæ chartæ cedit a, tamquam basi & fundamento, sine quo esse nequit. b

- a] § litteræ. 34. Inst. b.t. l. qua ratione 9. § i. ff. b.t. l. in rem 23. § 3. ff de rei vind. l. 3. § pen. ff. ad exhib. Caius lib. Instit 2. tit. 1. § Item regulariter. ver. sc. 5.

b] d. l. in rem § sed & id. 3. in fin. arg. l. qui domum 50. ff. ad L. Aquil.

### XXV.

Dominus tamen chartæ, priusquam eamdem recipiat, scripturæ impensas soluere tenetur, si videlicet scribens fuit in bona fide: a Quæ in his Iuris naturæ seu gentium adquirendi modis præcipue requiritur. b Secus, si in mala c.

- a] d. § litteræ Et ibi gl. verb bona fide Inst. b.t. d.l. qua ratione 9. § litteræ i. ff. b.t. b] Myns. § cùm in aliena Inst. b.t. n. 8 & 14.  
 c] l. domum 5. C. de rei vind arg. l. cuius per errorem 53. ff. de R.I.  
 gl. d. § litteræ. verb. bona fide. Inst. b.t. Contra -

XXVI.

Contrarium vero statuitur in tabula, quæ cedit picturæ, tamquam pretiosiori & potiori, & quam dominus eiusdem à possidente bona fide non recipit, nisi picturæ pretium soluat. Si enim sit malæ fidei possessio, idem iuris est, quod in scriptura.

*s. si quis 35 Inst. b. t. d. l. qua ratione. 9. s. sed non. 2 d. l. in rem. 23  
s. 3. & seq. ff. de rei vindic.*

XXVII

Adnumeratur itidem huic acquirendi modo Accessio, quæ sit, cum quis rei suæ, eius augendæ aut exornandæ caussa, quid adiungit vel annexat. Ut: si alienam purpuram vesti meæ intexam, cedit illa vesti, & tamquam accessorium principali, b &c. Secus autem, si vestis sit accessoria c.

- a] *U. si tamen 27. Inst. b. t. fac. l. 26. U. Proculus, ff. b. t.*
- b] *c. accessorium, de R. I. in 6. l. & si non sunt, S. peruenianus, in fin. cum U. l. seqq. & l. seq. ff. de aur. arg. & c leg. l. in rem 23.  
U. s. in pr. ff. de rei vind.*
- c] *secundum gl. d. U. si tamen. verb. pretiosior. Inst. b. t.*

XXVIII.

Confusio specierum diuersi dominij fit, cum res in propria substantia non manent: Et mixtura, quando pristina & materia & forma remanet.

74

*S. quod si partim. 26 Inst. b. t. l. Idem Pomponius s. s. idem. ff. de rei vind.*

XXIX.

Hæc utraq; aut voluntaria est, aut fortuita. Et voluntaria quidem, ratione vel vtriusq;, & est res communis. a Vel vnius tantum, qui fuit in bona fide, b & cedit eidem, cum & operam suam, & partem materiæ præstiterit. c Cum refusione tamen interesse domino partis materiæ, d si res videlicet separari nequeant. Si enim separari, & ad pristinam caussam reduci possunt, dominij natura non est immutata, sed quælibet res ad priorem dominum reddit. e

B 2

a)

- a] § si duorum 28. & § quod si frumentum. Inst h.t d.l.f. adeò 7.  
 § voluntas 8. l Idem Pomponius. 5. ff. de rei vind. l. si quis 29. in  
 pr. ff comm diuid.  
 b] arg: de eo 12. § si quis. 3. ff. ad Exhib.  
 c] § quod si partim. 26. in fin Inst h.t. l. quidquid. 27. § 1 ff. h.t.  
 d] text. est in l. in rem. 23. § Item quæcunq; ff de rei vind.  
 e] d l. Idem Pomponius. § 1. l lacus. 12. § 1 ff. h.t.

### XXX.

In fortuita confusione , pro rata quantitate rerum cuiusq; fit rerum confusarum communio : a In fortuita commixtione autem, cum nec specificatio , nec rerum confusio fiat , dominium neutrius immutatur b

- a] § si duorum 28. in fin Inst h.t. d l. adeò 7. § sed et si. 9 l.  
 Marcellus 3. § Pomponius 2. ff. de rei vind.  
 b] § quod si frumentum 28 Inst h.t. d.l. Idem Pomponius. & d.  
 l. in rem. 23. § 5. versic. at in his. arg. l. rerum. 30. § fin. ff. de  
 ysucap.

### XXXI.

Jure soli is, qui in solo suo ex aliena materia ædificat fide bona, dominus quidem ædificij fit, domino tamen materiæ ad æstimationem eiusdem in simplum tenetur. a Quod si in mala fide fuit, contra eum actio de tigno iniuncto , ad exhibendum , rei vindicatio, furti actio, & conditio furtiva competit. b

- a] arg l. in rem 23. § in omnibus. 4. ff. de rei vind. arg. l. de eo.  
 63 ff. de donat int. vir. & vxor. Oldendorp. class 7 act. 6.  
 b] § cum in suo. Inst h.t. Et gl. ibid. verb b de tigno iniuncto d. l.  
 adeò 7. § cum in suo. 10. ff h.t. l. gemma 6 ff. ad Exhib. d.l in rem  
 § tignum. 6. l. i. § fin. & l. fin. ff. de tigno iniunct. l qui res 98. §  
 aream. 8. in fin. ff. de solut.

### XXXII.

Ille autem, qui in solo alieno ex sua materia ædificat, si

cat, si quidem id sciens faciat: Quamuis materiam etiam domino soli donasse presumatur: a Aedificium tamen, si absq; dispedio areæ domini potest tollere nō prohibetur b Quod si ignorans, ac ita bona fide ædificauerit, ædificium, tolli si nequeat, c solo quidem cedit, dominus tamen materiæ impendia recuperat. d

a] § Ex diuerso Inst h.t. d. l. adeò 7. § Ex diuerso. l 2. in pr. C. de rei vind. l. cuius per errorem ff de R.I.

b] l. Julianus 37. ff. de rei vind. l. domum s. in fin. C. eod.

c] l. sin autem 27. § in rem s. ff. eod.

d] v certè illud. Inst h.t. d. l. adeò 7. § Ex diuerso. 12. l. sin autem 27. § in rem s. l. in fundo. 38. ff. de rei vind.

### XXXIII.

Diruto tamen ædificio, siue in solo suo, siue alieno, siue bona, siue mala fide ædificatum sit, ex æquitate, quæ rigori Iuris meritò præfertur, a dominus materiæ eamdem vindicat, & ad exhibendum de ea agit, duplo, & quod eidem inest, simulo nondum videlicet adsecuto. b

a] l. placuit. s C de iudic.

b] d. § Cùm in suo .in fin. Inst. h.t. d. l. adeò 7. § Cùm in suo. 10. in fin. d.l. in rem 23. § fin. & l. 59. in fin. ff. de rei vind. l. 2. C. eod.

### XXXIII.

Huc spectant etiam implantatio & satio, quæ itidem solo cedunt, a postquam in eodem radices egerint: b In tantum, ut arbor, aut planta, lapisûe in confinio positus, & in vtroq; fundo radices agens, communis fiat. c

a] § si Titius & § quare. Inst. h.t. d. l. adeò 7. § fin. Et gl. in d. l. adeò 7. § cùm in suo, verb. in ædificatur. l. qua ratione 9. in pr. ff. h.t. l. qui scit. 25. ff. de usur.

b] d. l. adeò 7. § fin. & l. sed si meis. 26. If arbor. 2. ff. h.t. l si quis

Sciens u. C. de rei vind. l. Idem Pomponius s. § 3 ff. eod. l. hoc amplius 9. § Alfenus ff. de dom. inf  
c) d. si Titius, in fin. d. l. adeò. 7. § fin. in fin. l. s. § 1 ff. b. t. l. illud 83 ff profoc. l. arbor. 19 in pr. ff. comm diuid.

### XXXV.

Idem tamen Iuris est in plantatione & satione, quod fuit in ædificatione: Ita, ut si illæ bona fide fiant, pretium seu impensa repetantur, & dominus soli eadē soluere recusans, exceptione doli mali repellatur.  
d. ~~¶~~ qua ratione, Inst. b. t. d. l. qua ratione. 9. in pr. ff. b. t. d. l. si quis u. in fin. C. de rei vindic.

### XXXVI.

VIII. Præterea, bonæ fidei possessor ex re aliena iusto titulo, bonaç p fide, quæ pro dominio est, a possessa, qualescunç fructus, antè euictionem & litis contestationem, b etiam per quemlibet alium à solo separatos, c tamquam finem possessionis, d lucratur. Vsfufructuarius non nisi perceptos. e

- a) l bona fides. 136. ff de R. I l. bona fidei. 109. ff. de V. S. arg. l si fur. 32. § 1. ff. de vſucap.
- b) l qui scit, 25. in fin. verb. quamdiu Euictus ff. de vſur. l bona. 48. verb. interim ff. b. t. l. 1. § 1. C. de petit hæred.
- c) l 48 ff. b. t. l. si fructuarius, 13. in fin ff Quibus mod. xſusfr. &c. l qui scit. 25. § 1 in fin. ff. de vſur.
- d) d l. 48 ff. b. t. l. 2 in fin. C si quis ignor &c.
- e) § is verò in pr. Inst. b. t. l. in singulos, 8 in fin ff de ann. leg. d. l si fructuarius, 13. d. l. qui scit 25. § 1 versic. præterea.

### XXXVII.

Eadem etiam ferè in colono locum habent: Nisi, quod fructus, à quocunç percepti vel à solo separati fuerint, coloni fiunt a: Vsfufructuarij non, nisi ab ipso tantum, aut ab alio ipsius nomine percepti seu à solo sepa-

**separati.** b Et quod fructus pendentes numquam transmittuntur ad haeredem fructuarum: c nonnumquam tamen ad haeredem coloni d.

a] l. si apes. 26. § 1. l. eum qui. 14. § 2. l. si quis. 52. § 8. l. fullo.  
§ 2. § 1. ff de furt. d. l. qui scit. 25. § 1. versio. præterea, in fin ff.  
de vsur.

b] l. quod quis. ff. de R. I. l. arboribus. 12. § Julianus 5. ff. de v-  
suf. d. l. 13. ff Quibus mod. vsusfr.

c] § finitur. Inst. de vsuf. § is verò. 37. Inst h.t. l. in singulos. 8.  
in fin. ff. de ann. leg. d. l. qui scit. 25. § 1. per sic præterea.

d] § fin Inst. de locat. & cond l. viam. 10. Locat.

### XXXVIII.

Fructus autem vel naturales, quos natura sua sponte producit a: Vel industriales, in quibus industria & cura hominum etiam interuenit b: Vel civiles, qui ex prouisione hominis propter rem percipiuntur c: ut: Vsuræ, pensiones &c. dici consueuerunt.

a] l. fructus. 45. iusfin. ff. de vsur l. pratam. 31. ff. de V.S.

b] l. bonæ. 48. ff. h.t. gl. l. Et ex diuerso 36. verb. non habendam,  
ff de rei vind.

c] l. ancillarum 27. ff 1. & l. mercedes. 29. ff de haered petit. l. 39.  
& 1 ff. de leg 1.

### XXXIX.

Possidens itaq; bona fide & iusto titulo, re Euita & lite contestata tenetur restituere omnes fructus, existentes a, pendentes b, siue naturales, siue industriales, tamquam fundi partem c, & perceptos d, sed nondum consumtes. Hos enim lucratur, nec tenetur ad aestimationem corundem e, nisi in causa haereditatis, in quantum videlicet factus est locupletif f.

af l. corundum. 22. C. de rei vind. a] l.  
of l. 22. §. & ff. q. in fraud. credit.

c] d. l. 25. II 6. l. si seruus hi II 8 ff. de furt. l. fructus 44 ff. de rei vind.

d] d. l. si fraudator. 25. II 4. ff. quæ in fraud. cred. l. sed & 4. II 2. ff. fin. regund.

e] d. l. sed & 4. II 2. in fin. ff. fin. reg. l. quæsitum. 40. in fin. ff. b. t. II 2 Inst. de offic iud.

f] l. illud 40 II 1 in fin. ff. de hær petit. l. 1. II 1 C. cod. l. 2. II 9. ff. de hæred. vend.

#### X L.

Quemadmodum verò de non perceptis antè litem contestatam excusatur: Ita post litem contestatam etiam de ijs, quos percipere potuit tenetur: a Incipit endo scilicet ab eo die, quo lis in iudicium deducta est. b Quoniam post litis contestationem illicò incepit mala fidei possessor esse. c

a] d II 2 Inst. de offic. iud. d. l. 1. II 1 C. de pet hæred arg. l. generaliter 78 ff. de R. I l. sinanis. 62. II 1. in fin ff de rei vind. l. 2. C. de fruct & lit. expens.

b] l. 1. II 1. & l. 2. C. de petit hær d l. 2. C. de fruct. & lit. exp.

c] l. item. 20 II 11. & l. sed & 25. II 7. ff de hæred. petit.

#### X LI.

Mala fidei possessor indistinctè, omnes fructus a, pendentes b existentes c perceptos, siue sint consumuti, siue non d, & eos, qui percipi potuerunt e restituere tenetur, quamvis etiam titulo possideat, in certis videlicet casibus f

a) l. si fundum. 17. & l. certum. 22 C. de rei vind l. 2. C. si quis ign. & c. l. qui scit. 25 ff de usur.

b) d. l. si fraudator 25. II 4. & 6. ff. quæ in fraud. cred.

c) l. si pignore 22. II 2 ff. de pign. act.

d) d. l. si pignore 22. II 2. ff. si quis à non domino. 36 versic. Ei verò. Inst. b. t.

e) d. II 2 Inst. de offic. iud. l. ait prætor. 10. & 20. ff. quæ in fraud. cred. l. sed & 12 ff quod met caus. l. 1. II 1. in fin. C. de petit. hæred.

red.

red l.i. in fin. C. de fid & Iur. hast. Lib.x. l. domum. 5 C. de rei  
vind l. 5 ff. si cert. pet l. fructus. 33. l. si nauis 62. § 1 in fin ff.  
de rei vind. l. sed & 25. § 4. ff. de hær. pet. l. generaliter. 78 ff.  
de R.I.

f] de quibus gl. § si quis à non domino, verb. cogitur. Inst. b t. gl.  
l. sed & partus ff. quod met. caus. gl. l. si fundum. verb. percepis-  
se. C. de rei vind.

### XLII.

Impensas tamen ytiles & necessarias in rem alienam factas, tām bonæ quām malæ fidei possessor repetit a: Eas videlicet, quas in colligendis fructibus fecit b & quibüs res illa locupletior facta est c: cum neminem alterius iactura locupletari deceat d

a) l. plane 38. & l. si quid. 31. § 2 & 3 ff. de hæred pet. l. ait prætor. 10. § 20. ff. quæ in fraud. cred. l. domum. 5 C. de rei vind l. fructus 4. § 1. & l. 6 § fin. ff. de oper. seru. l.i. C. de fruct. & lit. expens. Clar. lib. sent. 4. quæst. 88. in pr.

b) l. si à domino. 36. § 5. ff. de hæred pet.

c) l. plane. 38. in fin. ff. de hær. pet. l. sumitus 48. in fin ff. de rei vind. l. si pupilli. 6. § 3. in fin ff. de neg. gest.

d) l. si quis 17. § 4. in fin ff. de inslit. ait l. Iure 6 § 2 in fin ff. de Iur. dot. l. 14. ff. de condic̄. indeb. l. Iure naturæ. 206 ff. de R.I. c. locupletari. 48. de R.I. in 6.

### XLIII.

Porrò, fructuum adpellatione omnis generis fœc-  
cus, animalium quoq; , præter ancillarum tamen par-  
tum, continetur.

l. in pecudum 28. § 1. ff. de vſur. l. sequitur. 4. § lana. 19. ff. de vſu-  
cap. § in pecudum 38. Inst. b. t. l. vetus 68. in pr. & § 1. ff. de  
vſufr. l. ancillarum 27. in pr. ff. de hæred. pet.

### XLIV.

Traditio deniq; præcedente iusta cauſa domini-  
um transfert a, aliàs non: Cùm non videatur traditū,  
habere quod nequeas b.

12

C

48.

a) l. numquam 31 ff. b t. b) l. ratio 3 ff. de dicit emt & vend. b. qui concubinam 29. f 3 ff. de leg 3 l. non videtur 22 ff de adquir. poss.

### X L V.

Requisita eius quò ad tradentem sunt: Ut 1. sit dominus rei traditæ, & illius liberam alienandi facultatem habeat, a non maritus, quantum ad uxoris bona, b non tutor, quò ad res pupilli, nisi ex iudicis arbitrio, c &c. Et 2. vt habeat voluntatem ac scientiam, d nec non 3. iustam transferendi causam, siue illa vera, siue putativa sit e

a) l traditio 20. in pr. & § 1 ff b. t. l. nemo plus 54. ff. de R. I. c. nemo potest de R. I. in 6. § per traditionem Inst. b t. l alienatio 67. ff. de contrah. emt.

b) in pr. Inst. quibus alien. lic. vel non. l. dotalem 16 ff. de testam. milit. l. vnic. § & cum lex. pen. C. de rei uxor. act. l. lex Julia 4. ff. de fund. dot.

c) l 1. § 2. & l magis. 5. § non passim. 9. & seq ff de reb eor.

d) l. semper 60. ff de R. I. l. quis saxon 6. ff. de donat. l. si ego. 18. ff si cert. pet. l. minus. 2. in fin. C de adquir. poss. l. si procurator. 35. ff. b t.

e) l numquam. 31. & l. cum in corpus 36 ff. b t.

### X L VI.

Requisita quò ad rem ipsam sunt, vt sit 3. i. talis, quæ alienari & alterius dominio subjici possit, non sacra, sancta, religiosa, non liber homo. a &c. Et: 2. Corporalis. In incorporalibus etenim patientia domini, aut introductio in possessionem loco traditionis habetur. b

a) § sacræ. Inst. b. t. l. in tantum 6. § sacræ, ff. de rer. dinis & qual. l. sed Celsus. 6. ff. de contrah. emt.

b) l quotiens, fin. ff de seruitut. l. 6. § 2 ff si seruit. vindic. l. omnium, 3. ff. de usufr. l. si ego, u § 1. ff. de pub in rē. act. l. seruus, 43. § 1. ff b t. Spec. de Em. & vendit. § 1. versic. tradere n. b.

Rei

## XLVII.

Rei venditæ autem hoc singulare est, vt dominum vel traditio eius non transferatur, nisi pretium numeratum, aut aliàs venditori satisfactum sit: *a* In tantum, vt etiam soluta pretij parte, pro pignore res tamē retineri possit. *b* Quod secus est, si emtoris fidem venditor secutus fuerit. *c*

*a]* § Venditæ. 24. Inst. h.t l. si pater. 8. in fin. C. de act. emt. l. si seruus. 57. ff. de ædiliç. ed. l. quod vendidi 19. ff. de contrah. emt. l. vt res. 53. ff. eod. l. procuratoris 5. § pen. ff. de tribut. act.

*b]* l. Julianus. 13. § offerri. 8. ff. de act. emt. l. hæreditatis. 22. ff. de hæred. vend.

*c]* d. § venditæ, in fin. d.l. 19. ff. de contrah. emt.

## XLVIII.

Traditionem itidem vel veram, vel fictam penimus. Veram quidem, cùm res corporales de manu in manum tradantur, aut si propter ponderis magnitudinem moueris nequeant, oculis accipientium subiçantur. *b*.

*a]* Uper traditionem. 41. Inst. h.t. b] l. i. § pen ff. de adquir. poss.

## XLIX.

Fictam verò, quæ fiat in personam, vel incertam, vt: per iactum missiliorum, aut vel certam: Et hanc aut cogitatione: Cùm ex alia caussa antehac traditio facta, ad instans negotium accommodatur. *b*. Aut nota seu symbolo, vt: traditione clavium apud horreum vel cellam facta, et consignatione trabium, *d* instrumenti traditione, *e* &c.

*a]* § hoc amplius. 46. Inst. h.t. l. quaratione. 9. § pen. ff. h.t. l. si id. 5. § i. ff. pro derel.

*b]* § Interdum. 44. Inst. h.t d.l. quaratione. 9. § interdum. l. si seruus. 21. § i. ff. h.t. l. 9. § i. & seq. ff. de public. in rem act. l. si

C 2 ren

rem, 62. in pr. ff. de Euict. l. possideri. 3. § 20. ff. de adquir. poss. l.  
singularia. 15. ff. si cert. pet.

c] § Item si quis. 45. Inst. b. t. d. l. qua ratione. 9. § 6 d. l. 1. §  
pen. in fin. ff. de adquir poss. l. clauibus 74 ff. de contrah. emt.

d] l quod si, 14. § 1. in fin. ff. de peric. & comm. rei vend.

e] l. i. C de donat. l. seruum 44. § 5. ff. de leg. i.

### L.

Atq[ue] hi sunt potiores Iuris gentium modi. Modo-  
rum autem Iuris ciuilis duo quasi genera constitui pos-  
sunt, quorum altero res singulæ, vt: Vfuscatione, Do-  
natione, Legatis, &c. Altero res multæ simul per vni-  
uersitatem adquiruntur: successione puta, bonorum  
possessione, adrogatione, &c. De quibus omnibus ins-  
fra suis locis speciatim dicetur.

Vves. in par ff h t.n.10. II fin. in fin. Inst. de us & habit. gl. l. i. ff.  
b. t. verb. ciuitatis nostræ.

### L I.

Materia dominiorum consistit propriè in omni-  
bus rebus corporalibus, a ijs tamen, quæ in commer-  
cium & dominium nostrum cadere possunt, non sa-  
cris, sanctis, religiosis, b &c.

a] l. seruus. 43. II 1. ff. b. t. l. possideri. 3 in pr. ff. de adquir. possess.  
l. sequitur. 4. II 27. in fin. ff. de usucap.

b] II nullius Inst. de rer. diuis. l. in tantum 6. II sacrae 2. ff eod.

### L II.

Forma adquirendi plerunq[ue] fit & animo & cor-  
pore copulatiuè, a in plerisq[ue] Iuris gentium modis:  
Nonnunquam solo animo, b vt, aditione hæreditatis.  
Item, si possideamus per procuratorem, aut alium, no-  
bis volentibus: nonnunquam absq[ue] animo & corpo-  
re, vt: per seruos, nobis inuitis, & vetantibus etiam. d  
a] l. possideri. 3. §. 1. & l. 8 ff. de adquir. poss. l. ferè. 153. ff. de  
R. I. b] § possidere, 5. Inst. de interd.

c] l.

c] l. 1. § pen in pr. ff. de adquir. poss. l. si procurator. 13. & l.  
traditio 20. § fin. in fin. l. ea quæ 53. ff. b. t.

d] l. etiam 32 ff. b. t. l. seruus 62. ff. de V.O. § Item nobis. 3. Inst.  
per quas pers. nob. adquir.

### L III.

Finis dominiorum est pax & tranquillitas publi-  
ca, cùm incertitudo eorum lites & discordiam pariat.

l. 77. § 20. in fin. ff. de leg. 2. l. 1 ff. de vsucap.

### L IV.

Effectus duo potiores numerantur, 1. perfecta in  
rebus, quarum quis copiam habet, dispositio. Rei  
enim suæ quilibet moderator & arbiter est a Et 2. Rei  
vindicatio, qua dominus rem suam ab alio repetit. b

a] l. si dominus. 2. versic. Dominorum ff. de his qui sunt sui vel  
alien iur. l. in re mandata 21 C. mand.

b] l. in rem. 23. ff. de rei vind. § omnium, in fin. Inst. de act.

### L V.

Adfinia dominio dicuntur: l. Quasi dominium a,  
quod habet is, qui accepit rem bona fide per ignoran-  
tiam ab eo, qui non est verus dominus. Aut is, qui per  
iniustam caussam, dolum puta, violentiam, &c. rem  
amisit, & eandem actione aliqua petere vel repetere  
potest. b Et 2. Ius in re, quod habet creditor in pigno-  
re, c vsufructuarius, & similes, &c.

a] Myns in rubr. Inst. h.t. n 24. Kling. in rubr. Inst. eod. n. 6.

b] l. id apud 143. ff. de V.S. l. is qui. 15. ff. de R. I. non videtur 22.  
ff. de adquir. poss. l. rem in bonis. 52. ff. b. t.

c] § Contrà autem. 1. Inst. Quibus alien. lic. vel non. l. non est no-  
num. 46. ff. b. t. l. si conuenit 4. ff. de pig. act. l. vetustissimam. 3.  
§ 1. C. de iur. domin. impetr. l. qui pactus. 1. C. de pact. pign. l.  
quæ specialiter. 9. C. de distract. pign.

## LVI.

Contraria dominio ponimus: Rapinam, furtum, rerum omnium communionem, tanquam matrem seditionum, &c. Res extra patrimonium nostrum: sacras, sanctas, relligiosas, b&c. Et illas, quæ de minium perimunt ac tollunt: Traditionem puta, usucacionem, &c. Quæ omnia suis locis plenius attingentur.

a] l. 77. s 20. in fin. ff. de leg. 2.

b] l. 1. s 2. & l. in tantum 6. s sacrae. ff. de rer. diuis. &c.

## QVÆSTIONES.

### I.

An venatio sit fructus fundi, & ita usufructuario etiam competit? Concludimus, quod sic.

### II.

In dominio transferendo an præsentia & traditio rei requiratur? Et respondemus. Quod ita.

## F I N I S.

Ad præsidem virum clarissimum Dn.

ELIAM GVLIELMVM BODINVM

J. V. D.

Differis ex Legum titulis clarissime Legum

Doctor, & est titulo res ea dignata tuo.

Est aliquid, Legum perplexam nosse medullam,

Maius at est alios hanc docuisse decus.


Joachimus Petri F. Hößmann.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-852042-p0031-3

DFG



Leipzig, Diss., 1593/1619

ULB Halle  
004 954 793

3



VDTZ



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-852042-p0034-0

DFG

# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Black

